

Goffredo, conte e signore di Satriano

D 10

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Goffredo, conte e signore di Satriano

D 10

1096-10

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Anno salutifere incarnationis Domini nostri Iesu Christi millesimo nonogesimo sexta, mensis hoctubris, quarta indictione. Ego Gaufridus Dei providentia inclitus comes dominator civitatis Satriani,

pro salvatione anime mee meorumque parentum concedo hac confirmo hanc oblationem quam Tristainus meus miles, qui terram tenet per me in Satriano, de hecclesia quam ego dedi ei, cui vocabulum est Sancte Marie Virginis, que est sitam in ipso monte Satriani, una cum totis pertinentiis suis quas modo avet et in antea conquirere potest, scilicet vineis, terris, aquariis et ubicumque eidem ecclesie pertinet. Quam prephatam ecclesiam Sancte Marie ipse predictus Tristainus otulit primitus Deo et postmodum monasterio Sancta Trinitatis de Cava, inspiratus misericordia eterni Regis. Ego autem predictus comes firmo hanc oblationem ipsius hecclesie qua Tristainus fecit, ut monasterium Sancte Trinitatis et rectores ipsius monasterii securites firmiterque illam hecclesia teneant cum totis pertinentiis suis, sicut predictum est, sine omni mea meorumque heredum et successorum contrarietate et requisitione cuiuscumque. Si quis autem temerario ausu hanc cartulam quam pro defensione sacri monasterii feci scribere rumpere tentaverit, sit alligatus componere in prephato monasterio Sancte Trinitatis de Cava solidos centum, et in nostra regia curte alios centum, postmodum ille ostis sileat invitus, et hec cartula in sua permaneat firmitate. Nam pro securitate sacri monasterii Sancte Trinitatis de Cava signum Sancte crucis subtus me annotavi, meoque cereo sigillo bullari precepi. Quam cartulam concessionis hac confirmationis scripsit Carolo

proprio nostro notario qui interfuit, mense et indictione
prelatis.

Signum proprie manus mee qui supra Goffredus
inclitus comes # Signum manus Trustaynus de Airola.